Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214684-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214684-p0002-3

1525.

1596 M

27

# THEMATA
# De
# NECESSARIA
## ET IN QVOTIDIANO VSV FREQVENTISSIMA DEFENSIONIS PRIVATÆ ET EXTRAIVDICIALIS MATERIA, TAM EX IVRE CIVILI, CANON. SAX. Ordin. Camer. Imperial. & Conſtitutionibus Carolinis in ordinatione judi. criminal. quàm optimis Iureconſultorum opinionib. collecta

QVAE

D. T. O. M. I.

Sub præſidio

*Clariſſi. & conſultiſſi. viri*

D. LEOPOLDI HAKELMANNI I. V. D. & P. P.

*Exercitij gratia publicè hora & loco conſuetis, pro ingenij viribus defendere conabitur 6. Calend. Iunij.*

M. IOHANNES COLERVS Sileſius.

*L. 8. ff. de iudic.*

Placuit in omnibus rebus præcipuam eſſe iuſtitiæ æquitatiſq;, quàm ſtricti iuris rationem.

IENÆ
TYPIS TOBIÆ STEINMANNI
ANNO cIↄ. Iↄ. XCVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214684-p0003-9

*MAGNIFICA STRENVITATE, VENERANDA DIGNITATE, antiqua proſapia, virtute & fide, doctrina ſolida, rerumq; multarum uſu & experientia ampliſsimis viris*

**DN. SIGISMVNDO ZEDLICIO** Cæſar. Maj. Conſiliario intimo, & tàm ſuperioris quàm inferioris Sileſiæ in Camera præſidi longè digniſſimo, Dn. in Neukirchen & Neuberg reſidenti,

*NEC NON*

**DN. ARNOLDO DE REYGER** I. C. T. O. præſtantiſſimo, Conſiliario Magd. fideliſſimo, & anteceſſori olim Ienæ Tyrigetarum digniſſimo

*Dn. patronis Mecœnatibus ac fautoribus ſuis, omni obſervantiæ cultu, ſubmiſſè ac devotè venerandis, haſce ſuas theſes*

In

*Legalis ſtudij ſymbolum*

&

*Perpetuæ gratitudinis monumentum*

D. D. & C.

*M. Iohan. Coler. Sil.*

## DISPVTATIO DE VSITATISSIMA *in praxi defenſionis privatæ, & extraiudicialis materia.*

### Exordium.

CVm in ore omnium ſit, licere vim vi repellere, omneſque leges ac iura defenſionem ſui conceđant *a)* exercitij gratia quatenus ea permittatur conferemus.

a) *l. ut vim. 3. ff. de Iuſti. & Iur. l. ſcientiam. 45. §. qui cum aliter. 4. & l. itaq; ſi ſervum. 4. ff. ad L. Aquili. l. 1. & ibi commu. Dd. C. vnde vi. Schneid. in §. iuris gent. n. 12. Inſtit. de iure N. G. & C. Cuja. lib. 5. obſ. c. 18.*

### THESIS I.

DEFINIRI itaq; poteſt, quod ſit legitima *a,)* inſtantis *b)* vel iam illatæ *c)* offenſionis propulſatio, quæ fit non ſolum ob defenſionem proprij corporis, ſed etiam tertij *d)* licet aggreſſor iniuſtè impetum faciens occidatur *e.)*

a) *quia ll. permiſſum & conceſſum eſt, alterum propter vim inferendam, vel illatam interficere. d. l. ut vim. l. ſed et ſi. 5 ff. ad L. Aquili. l. 1. §. vim vi. 27. ff. de vi & vi armat. l. ſi quis. 3. cum l. ſeq. & præced. C. ad L. Corn. de ſicar. Paul. 5. ſent. 23. §. 3. c. ſignificaſti. extr. de homicid. volun. & cauſ. undè veritati non conſentaneam eſſe eorum opinionem putamus, qui volunt eam mortaliter peccare, fieri irregularem, & teneri in foro conſcientiæ, qui ſui defendendi cauſa homicidium committit, quos refert Georgi. Obrech.*

in expli.d.l.3.de Iuſti.& Iur.concluſ.26. cum duab.ſeqq. quoniam id quod lege permittente fit pœnam non meretur. l.Grachus.C.ad l.Iul.de adulter.l.ſancimus.C.de admin. tut.l.nemo damnum.ff.de re iud. Schneid.d.lo.n.12.Seneca lib.6.& 9.declamat. Cyrus ap.Xenoph.lib.1. Ariſtot. lib.5.Ethi.c.1.& 2. b) Quod tamen non ita generaliter intelligi volumus, ut etiam ſolæ minæ ſufficiant, aut nuda quædam præparamenta, in qua ſententia fuiſſe Barthol. Accurſ.Cyn.Iaſon.Bald.&c.refert Obrech.in expli.d.l.3. de Iuſti.& Iur.theſ.56. & ſeq. ſed quando actus accedit propinquus, aut aliàs ſatis conſtat de animo immutabili nocentis. Nam licet nemo teneatur expectare primum ictum l.1.C.quand.lic.unicui.ſe vindi.ſine iudi Bart.n.9. & Bald.n.27.ſibi ipſi contrarius in l.1.C.unde vi. Iaſ.in d.l.ut vim.n.9.10.& 14.ff de Iuſti.& Iur.Iul.Clar.lib.5. ſent.§.homicidium.33.Maſcar.de probatio.volu.1.conſ. 489.n.3. VVeſ.tom.1.conſil.19.n.15.& 16.quod & probatur in conſtitu.Caroli V.P.H.O.articul.140.ibi, iſt auch mit ſeiner gegenwehr biß ergeſchlagen wird/ zu wartẽ nicht ſchuldig. Tamen cum privatio præſupponat habitum l.decem de V.O.c.ad diſſolvendum, de ſponſalib.impub. non putamus legitimam defenſionem locum habere, ubi non adeſt vera offenſio, aut potentia actui proxima, quæ in ipſo actu eſſe cenſetur.l.1.§.ſi iuſſerim.l.quod meo.§.ſi venditorem.ff.de acquir.poſſeſſ.l.1.vers.melius enim eſt. C.quand.unicui.ſin.iud.Zoan.d.tract.p.2.n.48 & 38. c) l.prætor.1.§.vim vi.27.l.qui poſſeſſionem.17.ff.de vi & vi armat. d) Quia I.C.Florentinus lib.1.Inſti.ſcribit naturam cognationem quandam inter nos conſtituiſſe, ſicut itaq; noſmetipſos in ultimo vitæ periculo conſtitutos defendimus, ita & propter dilectionem proximi, conſanguineos, affines, amicos, patronos, præceptores, diſcipulos, ſubditos,

magi-

*magiſtratus, &c. etiam ſine imploratione auxilij defende-
re debemus, modò abſit dolus & deliberatus animus, idq;
permittente iure divino Exod.c.2. v.12. Matth.c.22.v.
39. Mar.c.12.v.31. Luc.c.10.v.36. Ioh.c.3.v 6. Cano-
nico c.dilecto.v. & quidem cum liceat.c.quantæ ad fi.de
ſent.excommu.in 6.c.negligere in pr.2.q.7.c. obviare. c.
oſtendit in fi.23.q.3.c.error cui non, diſtinct.83. c.paſce
fame morientem, diſtinct.86.c.debet.53.23.q.4.c.chari-
tas. §.proximos, de pœnit. diſtinct. 2. c.non inferenda.7.
23.q.3.iure civili. d.l.3.l.illicitas.6 §.ne potentiores.ff.de
offic.præſid.l.1.§.item divus, in v.ſibi vel ſuis.ff.ad L.Cor-
nel.de ſica.l.3.§.ſed quod diximus.ff.de pucil. legat. argt.
l.cum allegas.4.C.de caſtrenſ.pecul.lib.12.l.utrum. 6.ff.
ad L.Pompo.de parricid.l.non tantum.ff.de ap. Deinde
extra controverſiam eſt eum in pœnam incurrere, qui ex
mera petulantia proximum deſerit.l.culpa caret.50.l.nul-
lum crimen.109.de R.I.l.3.& 4.de noxal.actio.l.24.§.6.
de damno.l.33.in fi.ff.locati.l.1.§.18.ad SC Silania. Apud
Aegyptios quoq; rei mortis fiebant, qui iniuriam patienti
opem non ferrent, referente Gotho.in d.l.45.ff.ad L.Aqu.
Mar. Salomo in expli. ſæpe d. l. 3. n. 16. cum ſeq. Fortu.
Garci.in ead.l.3.n.32. Iacob. Novel. in tracta. ad defen-
ſam in pr.n.80. Zoan.d.lo.p.1. n. 23. cum ſeq. ubi omnem
humani generis cognationem ad Hieroclis normam in un-
decim circulos diſtinguit, & contraria argu.refutat. Bar-
thol.Romul.in compend.homicid.in pr.n. 11. & trib.ſeq.
& n.125.cum ſeq. Soaretz in theſaur.recepta ſentent. n.
121. Alciat.conſil.475. Gomeſ 3.reſolut 3.n.21.Geil.2.
obſ.110.n.19.Zaſ.d.l.3.n.22.de Iuſti.& Iur.Carrer.in pr.
crimi. §.circa.n.41. & ſeq.Covar.cle.ſi furioſus.§.1.p.3.
relect.n.4.de homicid.* P. H. O. *arti.150.v.item* ſo einer *& artic.142.quod & confirmavit Carol.V. Ann.1521.*

*VVormat.in conſtitutione quæ incipit,* Wir Carl *v.* vnnd anfenglich/ *& in* §.vnd ob jemandes. *Quæ tamen omnia in genere non de ſingulis intelligimus hominibus & caſibus, ſed diſtinguendum putamus, inter perſonam privatam & magiſtratum, & ad hunc ſimpliciter defenſionem ſubditorum pertinere ſtatuimus, l. præſes in fi. 3. l. illicitas. 6 §. ne potentiores. 2. ff. de offic. præſid. Novel. 17 c. deinde conveniens. 2. in privatis verò diſtinguimus inter perſonas neceſſarias & extraneas, ad has tum primum defenſio tertij ſpectat, quando delictum eſt enorme l. 5. C. ad L. Iul. mat. l. 6. in fi. ad L. Pompo. de parri. aut commune, quando proximo ſine periculo propriæ vitæ prodeſſe poſſunt, l. cum acutiſſimi. & ibi Bald. in fi. notat. C. de fidei commiſſ. l. præſes. 6. C. de ſervitutib. & aqua. Barthol. Romul. d. lo. p. 1. n. 21. Gothofred. in d. l. præſes. Alciat. 1. præſum. 52. ad illas verò non minus quàm ad magiſtratum communiter Dd. concludunt. Diſſ. Dambaud. in pr. crimi. c. 80. n. 6. Clar. q. 87. n. 3. cum ibi allegatis Decius in l. culpa caret. 50. in fi. de R. I.* e) *d. l. ut vim. d. l. 45. §. 4. d. l. 2. & 3. C. ad L. Cornel. de ſica. c. perfodiens. & c. ſignificaſti. extr. de homicid. volunt. Barth. Rom. in d. comp. homi. p. 1. n. 101. Franciſc. Zoan. d. lo. p. 1. n. 10. Iacob. Novel. d. tracta. n. 59. Fortu. Garci. in commenta d. l. ut vim. n. 14. Bocer. lib. 2. c. 9 f. 171. de iure pugnæ.*

2. Hîc nobilis oritur quæſtio, an etiam licitum ſit fugere, cum ll. dicant vim & iniuriam propulſare conceſſum eſſe? quod putamus ſi quis nondum in vitæ diſcrimine conſtitutus ſit, & fugâ ſaluti ſuæ rectè conſulere poſſit, abſque tamen periculo.

*d. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. 4. ff. ad l. Aquili. l. furem nocturnum. ff. de ſicar. l. 2. ibi, in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus. C. eod. tit. cle. uni. de homicid. tit. 27. in pr.*

v. ſi

v. ſi autem omnibus manifeſtum ſit, quod non neceſſariò ſed voluntariè lib. 2. in vſib. feudor. Conſti. Carol. V. P. H. O. arti. 142. ibi, Mehr ſo vorgeben wird/ der todtſchleger were dem benötigten wol füglicher weiſe/ vnd ohne gefehrligkeit ſeines Lebens/ ehr vnd guten Leumuts entwichen ꝛc; & arti. 140. ibi ſo einer jemand/ mit einem tödlichen waffen oder Wehr vberlaufft anſicht oder ſchlegt/ vnd der benötigte kan füglich ohne gefehrlichkeit/ oder verletzung ſeines Leibes/ Lebens/ ehr vnd guten Leumuts nicht entweichen ꝛc. Bocer. d. lo. & c. f. 180. Didac. Covar. dic. cle. ſi furioſus. §. un. n. 4. Hugo Donel. in l. 1. n. 6. C. unde vi. Geil. 2. obſ. 100. n. 8. & lib. 1. de pac. pub. c. 16. n. 6. Diſſ. Dd. in d. l. 1. C. unde vi. & in d. l. ut vim. Schn. d. § Gotho. in l. 4. ff ad L. Aquili. Alex. conſil. 109. n. 7. v. quinimò vol. 1. ubi dicit hanc magis commu. nec ab ea in iudicio recedendum eſſe, quod & affirmant Ioh. Andr. Panor. & Felin. in c. ſuſcepimus de homicid. VVeſ. to. 1. conſ. 19. n. 17. quia qui fugit adverſarium reddit audaciorem, qui enim priori iniuriæ non reſiſtit, novam accerſit. Zoan. d. lo. p. 2. n. 12. Obrech. d. lo. theſ. 198. cum ſeq. ſeque ipſum in periculum conijcit, dum facilè labi & interfici poſſet. Bald. in d. l. 1. n. 14. C. unde vi. Angel. Salic. & Bald. in d. l. ut vim, & ibid. quoq, Zaſ. n. 38. ff. de Iuſti. & Iur. Nec agnoſcimus diſtinctionem, quam Barth. in d. l. ut vim. in fi. Hippo. de Marſil. in pr. crim. §. quoniam. n. 88. Tiraq. in tracta. de nobilita. c. 20. n. 36. & ſeq. Geil. 2. obſ. 100. n. 7. & 8. & alij nonnulli faciunt, inter plebeios & nobiles, honoratos & infames, per d. l. ut vim. c. charitas. 5. §. non illi tantum. 5. de pœn. diſti. 2. Zoan. d. lo. p. 2. n. 24. Boc. d. lo. f. 183. in fi. ubi ponit ſe nunquam in libris noſtri iuris legiſſe, per fugam aliquem decus ſuum minuere & dignitatem deformare, ſi inſidias privati alicuius adverſarij vitet, Barth. Romul. d. lo. n. 11.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214684-p0009-6

*lo.n.11.& 13.Cic.lib.1.& 5.Tuſcul.quæſt.* *Deinde ſtatuimus cum Bocero d.lo.f.182.contrarium, in poſſeßione defendenda, in qua quis modum inculpatæ tutelæ non tranſgreditur etſi in tempore non fugiat, quoniam per fugam perſonam quidem incolumem non autem poſſeßionem ſervare poſſumus Donel.d.l.1.n.8.C.unde vi.per l.ſi ex plagis.52.§ 1.ff.ad L.Aquili.& l.1.C.unde vi.*

3. Cauſa efficiens eſt ius naturale *a)* formalis ius gentium *b,)* & civile quo ad confirmationem ac comprobationem *c,)* προκαταρκτικὴ verò cauſa, ſunt vis atq; iniuria.

a) *l.defenſionis facultas.C.de iur.fiſci lib.10.l.1.§.vim vi.ff.de vi & vi arm.l.1.§.cum arietes.11.ff.ſi quad.paup.feciſ.dicatur clem.paſtoralis.§.cæterum.de re iudi.c.ius naturale.diſti.1.Menoch.de arbi.iud.lib.1.q.77.n.3.Bocer.ſæpe d.lo.lib.2.c 9.Schneid.d.§.n.11.Inſtit.de I.N.G.& C.Barth.Romul.in comp.homi.p.1 n.20.Conti.lib.1.comment.iur.civil.c.4.n.8.Zoa.d.lo.p.1.n.20.& 32.Bald.in l.liberorum.in fi.ff.de V.S.Fortu.Garci.d.lo.n.11.Marius Salomo:in repeti.d.l.ut vim.n.1.Cic.in orati.pro Annio Milo.* *Et hinc iuriſconſulti ad omnes homines hanc defenſionem pertinere rectè iudicant, nec inter clericos & laicos diſtinguendum eſſe commu.Dd.in d.l.ut vim.cum gl.notabili in c.ult.in pr.in verb.percuſſerit, de pœnis in 6.ſtatuunt, ubi expreſſè habetur licere nobis Romanæ Eccleſiæ Cardinales alicui inſidias ſtructes impunè interficere: ſicuti & Monacho Abbatem iniquum percuſſorem Cardi.in clem.1.v.præfatæ quoq; ſententiæ, de ſtatu Monach.ac ſacra facienti aggreſſorem ſuum, citra etiam regularitatis notam Abb.in c.clerici.el.1.n.2.extr.de vita & honeſta.cleri.ubi ad id citat clem.unic.de homicid.Iohan.de Lignano in ſuo tracta.quem fecit de bello. Zoan.in tracta.*

*defenſ.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214684-p0010-8

*defenſ.p.1.n.13.quem & poſtea abſq. diſpenſatione ad ſuperiores ordines promoveri poſſe arbitramur, cum Novel. in tracta. ad defenſam.n.56.& ſeq.per c.2.& 9. extr. de homicid.volun.vel cauſ.* b) *d.l.ut vim.& ibi Dd.n. 28 & in l.itaq. in pr. ff.ad L. Aquili. Zoan.ſæpè.d.lo.p.1. n.18.& 22.Bocer.d.lo.& c.ſ.172. Fortu.Graci.d.lo.n.1. VVeſ.in para.n.5. C.quand.lic.uni.ſin.iud. Obrech. d.lo. concluſ. 82. cum duab. ſequentib. & concl.165.cum ſeq.* c) *l.1. C. unde vi.l.5.in pr.v.ſiautem cum poſſet.& l.ſcientiam.45.§.4.ff.ad L. Aquili.*

4. An autem & bannitis noſtri temporis hæc defenſio competat: & num etiam contra furioſos & dormientes impetum in aliquem facientes conceſſa ſit, dubiæ apud interpretes iuris quæſtiones ſunt? in quibus quantum ad hanc affirmativæ accedimus, *a*) in illa verò diſtinguimus inter bannitos unius civitatis, vel inferioris iudicis *b*) & inter eos, qui ab Imperatore, vel imperio banniti ſunt *c.)*

a) *Barth.in d.l.ut vim.n.5. & ibid. Decius n.28.ff. de Iuſti.& Iur.Bald.in l.1.n.90.C.unde vi.per d.l.ut vim c.7.diſtinct.1.Nam licet iudicio careant, l. Divum. ff. de offici.præſid.c.indicas hermanum.3.q.9.ſenſu.§. item furioſi. Inſti.qui teſtam.fac.poſſ.& voluntate,l.furioſi,de R. I. unde iniuſtum quo ad vim offenſionis videri poſſet: tamen cum principalis intentio debeat conſiderari, & non cauſa ſecundaria in hac defenſione.l.qui poſthumum.ff.ad SC.Sila.l.verum.ff.de furt.ſecundum ipſius naturam æquiſsimum erit.* b) *His defenſionem extra territorium civitatis aut ditionem inferioris iudicis non denegamus, quia com.opi.eſt referente Schneid.in §.cum autem,n.13. Inſti. quib. mod. ius patr. poteſt.ſol.bannitos tantum iura municipalia iſtius civitatis vel provinciæ amittere, à qua*

*ſunt banniti, non autem ius commune, multò itaq; minus ius naturale amittent. § ſed naturalia. 11. Inſtit. de I. N. G. & C. l. ius autem de pactis. l. 1. §. vim vi repellere. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadrup. Fortu. Graci. in d. l. ut vim. n. 3. ac in l. Gallus. §. quid ſi tantum. & in l. conventionum de pactis. Matthi. Coler. in tracta. de proceſſ executi. p. 3. c. 1. n. 64. ubi ad id citat c. cum inter. 5. c. dilecti 8. c. ſignificarunt 11. extr. de excepti. & p. 2. c. 3. n. 98. Ius Saxo.* Landrecht *arti. ult. lib. 1. gl. 4.* c) *Illis verò nullam defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ factam concedimus Ordi. Cam. Imper. p. 2. tit. 9. §. 1. ibi,* ſollen des oder derſelben Leib vnd guth/ aller menniglichen erlaubt ſein/ vnd niemandes daran freveln/ oder handeln können/ oder mögen. Landrecht *arti. 24. lib. 3. & ibi gl. Zaſi. in l. ut vim. ubi hanc conſuetudinem Germaniæ eſſe ponit, ibiq; Barth. Angel. Caſtren. Deci. ff. de Iuſti. & Iur. Zoan. d. tracta. p. 1. n. 34. hanc ſimiliter commu. eſſe opinion. dicit. quia cum cuilibet ſit facta poteſtas bannitos occidendi, intelligitur quiſq; in locum magiſtratus ſubrogatus per gl. & Dd. in l. accuſationes. C. de iis quæ vi. met. cauſ. fi. Iam verò ubi offenſio eſt licita, ibi defenſio eſt interdicta, arg. à contra. ſenſu. l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius cui mand. eſt iurisd. l. ſi ſervus. C. de his qui ad Eccleſ. confu. & à simili. l. 3. C. de patr. poteſta. l. unica. C. de emendatio. ſervor. l. uni. C. de emend. propi. Angel. de malefi. in v. qui dominus iudex. Petr. de Raven. in aur. ſuo alphab. in lit. B. v. primò bannitus & Bartol. in tracta. ſuo banni.*

5. Porrò anceps videtur eſſe quæſtio utrum neceſſarium ſemper ſit in hac materia vim & iniuriam concurrere? quod negamus ſufficit enim interdum unam ex his adeſſe cauſam.

*d. l. ut vim. in pr. ff. de Iuſti. & Iur. quia vis interdum*

etiam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214684-p0012-9

*etiam abſq; iniuria eſſe poteſt ut in furioſo, l. in fi. ne quis eum qui in ius vocatur vi. Gothofr. in l. 2. §. 8. ff. de vi bonor. rap. Zoan. d. lo. p. 1. n. 2. Obrech. d. lo. concluſ. 48. Barth. Romul. d. compend. homicid. in pr. n. 4. etſi dolo careat. l. illud relatum. 3. §. 1. ff. de iniur. Diſſ. Angel. Deci. & alij in d. l. ut vim.*

6. Objectum ſive materia circa quam, eſt corpus & vita hominum *a,)* non autem bona *b,)* aut fama perennis *c,)* quoniam iura vim talem nobis illatam cum interitu adverſarij reprimere non volunt.

a) *d. l. ut vim. l. 2. 3. 4. & ubiq; Dd. C. ad L. Corne. de ſic. Ordi. Car. V. arti. 139. & ſeq. Cic. 1. offici. & 2. de finib.*
b) *l. furem. 9. ff. ad L. Cornel. de ſicar. l itaq; 4. l. ſeq. & l. 45. §. 4. in pr. ff. ad L. Aquil. l. 2. & 3. C. ad l. Corn. de ſicar. c. 2. ver. ſi autem. c. ſi perfodiens. 3. c. ſuſcepimus. X. de homicid. Gracias d. lo. n. 25. Gothofr. d. l. 4. ad l. Aquili. Cuia. 1. obſ. 15. Iacob. Novel. d. tracta. in rubri. homicida quib. ex cauſis à pœna &c. n. 107. Fachi. lib. 1. controver. iur. c. 31. Romul. d. lo. p. 1. n. 96. cum ſeq. Zoan. p. 1. n. 36. cum ſeq. p. 2. n. 53. & 7. Donel. ad l. 1. n. 6. & 8. C. unde vi. Obrech. à theſ. 137. uſq; ad 150. Homo enim nobiliſsima Dei creatura eſt, & omnes res propter hominem conditæ ſunt, non autem contra. l. in pecudum. in fi. ff. de uſur. l. 2. in pr. ff. de ſtat. homi. l. iuſtiſsime in pr. ff. de ædili. edi. deinde omnis læſio humani corporis, licet levis ſit, quavis pœna pecuniaria maior eſt. l. in ſervorũ. in fi. ff. de pœn. & ob id gl. in c. dilecto. in verbo bonis, de ſent. excommu. in 6. dicit, quanquã iuſtè quis non modò ſeipſum, ſed & bona ſua defendat, attamen non ita pro defenſione rerum, atq; pro tuitione corporis & perſonæ in adverſarios eſt ſeviendum. Tandem expreßè vitam hominis rebus eſſe præferendam ſanxit Iuſtini Imper. in l. ſancimus. 21. in fi. C. de SS. Eccleſ. Diſſ. gl.*

& Dd.poſt.text. in l.advocati.14.in verb.vitam C.de advocat.diver.iudi. Barth.in d.l. advocati. commu. Dd. ſchola in d.l.ut vim. Bocer.in tracta.de iure pugnæ. lib.2. c.8. Didac.Covar.in c.peccatum de R.I.in 6.2.part.relecti.§.9.n.3.& in clem.furioſus §.1.p.3.n.6. And. Alci. lib.de ſingul.certa.c.3.Carrer.in pr.crimi.§.circa.2.n.29. & ſeq.Hippo.de Marſi.l.3.C.ad l.Cornel.de ſic.Schn.d.§. 1.n.13.Inſti,de I.N.G.& C. Alex.conſil.138.n.11.lib.6. Bald.& Iaſ.in l.1. C.ad l.Cornel.de ſic. qui putant diſtinguendum eſſe inter res precioſas & viles,ſed hac diſtinctio nullius momenti eſt.v.plur.ap.Vaſq.1.controv.illuſtri.2. n.4.5.& 8.c.11.n.26.& in præfatio. lib.1.de ſucceſſi. progreſſ.n.23. c) Vbi enim alia defenſio in promptu eſt probibita violenta cenſetur,ſæpè d.l.ſcientiam §.qui cum aliter,ad l.Aqu. & in quibus cauſis iudex poteſt dirimere lites,ibi arma locum non habent.l.ſi cuius rei.13.§.æquiſſimum eſt.ff.de uſufruct.& quem d.quis uti frui lic.Vaſq.1. contro.illuſtri.12.n.2.& ſeq.c.49.n.12.& 13. Alciat. in d.lib.de ſingulari certa.c.3.Freyer.in tracta.de fama & exiſtima.Cui.5.obſ.18.Obrech.d.lo.à theſ.151.uſq; ad 160.Bocer.d.tracta,lib.2.c.7. Diſſ.Barth. in d.l.ut vim. in fi.Ias.ibi.n.10.Geil.2.obſ.110.n.8.Salomo.d.lo.Bald.in tit.de pace tenenda.27.in pr.n.16.in uſib.feud.Iuli.Clar. lib.5.ſent.§ homicid.n.26.Franc.Curt.n.4.5.& 6.conſi. 102.to.2.conſil.crimi.operâ Ioæan.Bapti.collecta.Sed horũ rationes invalidas cum Bocero & aliјs ſupra citatis eſſe putamus: Nam licet is dicatur crudelis qui famam ſuam negligit.c.non ſunt audiendi.56.11.q.3.c.nolo.12.q.1.l. iuſta in pr.ubi gl.in verb.infamiæ,de manu vind.Beuſt.de ſponſali.c.33.Geil.2.obſ.100.n.5.nec minorem eſſe infamiæ timorem quàm mortis.l.iſti quidem.8.§.pen.ff.quod met.cauſ.famamq; & vitam pari paſſu ambulare.l.iuſta

cauſa

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214684-p0014-0

*cauſa.9.& ibi gl. de manu vindi. Hinc tamen minimè rectè infertur, æquè licere hominem interficere pro defenſione famæ ac tuitione corporis: fama enim remedijs à iure proditis recuperari, at vita nequaquam poteſt, & is qui ope magiſtratus iniuriam ſibi illatam vindicat, nequaquam famam negligit, præſertim cum non tantum civiliter, ſed & criminaliter contra adverſarium agere poſſit. Quare delinquens puniendus erit, licet non ordinaria tamen extraordinaria pœna. Carrer. in pr. crimi. mihi. f. 177.a.n.11. Tiraquel. tom.7. de pœnis temper. aut remitt. n.1. & ſeq. per l. qui cum maior. 14. § ſi libertus. 6. in fi ff. de bonis liber.*

7. Et cum forma det eſſe rei, nomenq; imponit *a)* iuſtæ defenſionis formam, moderamen inculpatæ tutelæ eſſe putamus *b:)* quæ ſecundum comm. Dd. opi. *c,)* in tribus potiſſimùm conſiſtit, I. in modo, quem quis tranſgreditur, quando plus facit, quàm neceſſitas requirit *d,)* II. in tempore, quod in præſenti non futuro conſiſtit *e,)* & III. in cauſa, ne ultionem aliquam defenſio ſapiat *f.)*

a) *l. Iulianus ſcribit. § ſed ſi quis. ff. de aur. & arg. lega. l. ſæpè & l. is qui quadragenta. § quodam. ff. ad l. Falcid. l. Iulianus. § ſi quis rem. & ibi Bald. ff. ad exhiben. l. mulieris. § 1. ff. de V. S. Nicol. Everhard. in topi. in loco à defectu formæ n.1. VVeſ. conſil. 13. n. 9. & conſil. 29. n. 6. p. 1. Henning. God. conſil. 6. n. 7. vol. 3.* b) *aliam enim defenſionem ll. non agnoſcunt, ſed delinquentes ſeverè puniri iubent. l. 1. § cum arietes. ff. ſi quadr. paup. feciſſe di. tot. tit. ff. & C. ad l. Cornel. de ſicar. d. c. perfodiens. c. ſignificaſti de homicid. volunt. & cauſ.* c) *VVeſ. in parat. n. 7. C. quand. lic. uni. ſine iud. ſe vind. Iaſ. in d. l. ut vim. n. 2. & ibi Dd. de Iuſti. & Iur.* d) *l. 1. C. unde vi. l. 3. § eum*

 igitur,

igitur, in pr. ff. de vi & vi arm. gl. últ. ante fi. in c. ſignifi caſti. et. 2. de homicid. Zoan. citato loco p. 2. n. 43. in quo tamen caſu quoq; delinquentem non ordinaria homicidij pœna, ſed iudicis arbitrio puniendum eſſe putamus. l. 1. §. 3. ad l. Cornel. de ſicar. c. ſignificaſti de pœnite. diſtinct. 2. Zoan. d. p. 2. n. 75. Salomo in expli. d. l. 3. de Iuſti. & Iur. n 11. & ſeq. Geil. 2. obſ. 100. n. 5. Fachi. lib. 1. controv. iur. c 32. Menoch. de arbi. iudi. q. 2. centur. 279. Afflictus deciſ. 206. Goth. in l. 1. C. unde vi. Schneid. d. §. n. 18. Inſtit. de I. N. G. &c. Bocer. d. tracta. de iure pugnæ lib. 2. c. 9. hanc extraordinariam pœnam plerumq; eſſe vult ex ſentent. Bolognet. in d. l. ut vim. per l. 1. in fi. l. 3. §. 1. l. 4. & 8. ff. ad l. Cornel. de ſicar. ac l. 4. C. eod. relegationem, & quidem quinquennalem, cui adſtipulatur VVeſ. d. conſil. 19. n. 72. & 73. p. 1. nonnulli tamen exiſtimant, exceſſum talem pœna pecuniaria puniendum, cuius opinionis authores recenſet Carer. in pract. crimi. mihi. f. 182. quia difficilimum eſt tunc temporis iuſtum dolorem provocato temperare. l. ſi adulterium. 38. §. Imperator. ff. ad l. Iul. de adulter. l. qui cum natu maior. §. ſi libertus. ff. de bon. liber. deinde nemo de homicidio tenetur, niſi qui dolo malo illud perpetravit. l. 4. §. cum quidam. l. 1. §. divus ubi Bartol. & Dd. ff. ad L. Cornel. de ſicar. l. 1. §. quæri poßit. ff. ad Turpil. l. reſpiciendum. §. delinquunt. l. interpretatione. ff. de pœnis. l. Grachus. C. de adulter. l. quicquid calore. ff. de R. I. e) ſive defenſio ſit perſonæ. d. l. ſed et ſi quemcunq;. in pr. l. ſi ex plagis. 25. §. tabernarius. ff. ad l. Aquili. l. 1. §. cum arietes. ff. ſi qua. paup. fe di. l. 2. C. ad l. Cornel. de ſicar. ſive rei, l. 3. §. eum igitur. l. qui poſſeßionem. ff. de vi & vi arma. Cui. 5. obſ. 18. Sebaſt. Brand. in parat. n. 3. ff. d. tit. licet id nonnunquam in defendendis & recuperandis rebus non adeò ſtrictè obſervetur, dum tamen ad extraneos actus ſpoliatus

tus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214684-p0016-1

*tus non diſcedat. l. 137. in pr. de V. O. c. olim cauſam & ibi gl. in verb. cum ſtatim. extr. de reſtituti. ſpolia. gl. in d. l. 3. §. eum. d. l. qui poſſeßionem. ff. de vi. Geil. 1. de pac. pub. c. 16. n. 14. & n. 12. Menoch. de recupe. poſſ. remed. quæſti. 34. n. 385. Cui. 5. obſ. 8. Quod & in Cam. Imper. receptum eſt. p. 2. tit. 9. §. 1. in fi. ibi* zu friſcher that / oder wenn einer ſeine freunde vnd helffer haben mag. f) *quia ultio nemini propria authoritate impunè permiſſa eſt. l. nullus. 14. C. de Iudæis. l. 1. C. unde vi. l. unica. C. ne quis in ſua cauſ. l. nullus. ff. de teſtib. l. omnibus. C. eod. Zoan. d. lo p. 2. n. 57. Obrech. d. lo. theſ. 175.*

8. His tribus requiſitis nonnulli adijciunt tertium æquale nimirum armorum genus, ſed nos illorum ſententiæ non ſubſcribimus.

*Bocerus iam ſæpè citato tractatu lib. 2. c. 9. f. 186. Obrech theſ. 177. usq; ad theſ. 234. Mari. Salom. d. lo. n. 7. cum ſeq. Donel. l. 1. n. 6. C. unde vi. Iohan. Coraſ. in d. l. ut vim. n. 7. & p. 2. de iur. art. c. 80. ubi adſerunt ſe nunquam iure legiſſe, quod æquo marte, & ſimili armorum genere, quis adverſario ſuo reſiſtere coactus ſit per l. 2. l. 3. C. ad L. Cornel. de ſic. d. l. 45. §. 4. arg. d. l. ut vim & l. 1. C. quand. lic. ſe ſin. iud. Diſſ. Sebaſti. Brand. in par. n. 6 ff. de vi & vi ar. Zaſ. in ſæpè d. l ut vim. Ioh. Coraſi. in lib. de art. iur. p. 2. n. 8. gl. in d. l. 1. in verbo moderatione, & ibi vulgariter Dd. C. unde vi. Bald. in l. unica. n. 45. C. de confeſſ. Damh. in prac. crimi. c. 76. n. 14. Laurent. Kirchovi. n. 2. conſilij ſui, quod eſt 27. ſub to. 3. conſiliorum varior. I. C. Germa. Schnei. cum ibi citatis in §. iniuria. n. 9. in fi. Inſt. de iniur. Armorum enim ſimilitudo vel paritas, Geometrica potius quàm Arithmetica proportione, habito diligenti circumſtantiarum reſpectu, æſtimanda eſt. Vnde patet ſenectuti confecto aut morbo debilitato præ cæteris conceſſum eſſe*

*contra*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214684-p0017-7

*contra hominem robuſtum abſq. proportionali defenſione ſe defendere. Obrech. theſ. 191. cum ſeq. Iacob. Novel. d. tr. ſub Rubr. quib. ex cauſis à pœna excuſetur homicida. n. 43. Zoan. p. 2. n. 3. Alex. conſil. 76. n. 7. vol. 1. Iul. Clar. lib. 5. ſent. § homicid. n. 34. VVeſ. d. conſil. 19. n. 57. p. 1. perſæpe citatas ll. l. 45. § 4. l. 1. § pe. ad Cor. de ſic. l. ut vim. ibi nam iure hoc evenit. l. 1. § vim vi. de vi. & vi. ar. clem. furioſ. . n ſi. de homi.*

9. Quomodo *a*) autem & quid probandum ſit *b*) in homicidio, cum moderamine inculpatæ tutelæ facto, hinc indè inter Dd. diſputatur? Nos putamus, quò ad theoriam interfectorem tenere probare, ſe non ſolum provocatum, ſed etiam homicidium ad ſui defenſionem neceſſariam perpetratum fuiſſe *c*:) licet practici velint illam qualitatem non adeò ſtrictè probandam eſſe *d*.)

a) *Fieri ſolet probatio in hac materia, quam Dd. favorabilem & priviolegiatam vocant. Obrech theſ. 245. Bocer. d. tracta. lib. 2. c. 9 circa fi. ferè. VVeſ. in paratit. n. 12. ff. de procurat. ac. n. 7. in fi. ff. quand. lic. unicuiq. non ſemper per teſtes, ſed & præſumptiones ac coniecturas. & admittuntur teſtes aliàs etiam minus idonei, ut ſunt affines, amici, domeſtici, fratres Abbates pro Monachis &c. Bocer. d. lo. Doberci. in ſuo reperter. in materia defenſionis extraiudicialis contra aggreſſuram circa fi. Barth. Romu. d. comp. homi. p. 1. n 77. & ſeq. ſub Rubri. de homicidio neceſſario ad corporis tutel. perpe. Novel. quoq. in d. tracta. ad defenſam ſub Rubr. homicid. quib. ex cau. à pœn. mor. excuſetur. n. 29. cum ſeq. Specul. in tit. de inquiſiti. § 1. n. 22. Boër. deciſ. 165. n. 7. Gravet. conſil. 119. n. 9. lib. 1. Geil. r. de pac. pub. c. 16. n. 22. VVeſ. d. conſil. 19. n. 40. & 61. Maſcard. de probat. vol. 1. concluſ. 490. n. 4. 5. & 6. etiamſi*

*iamſi de crudelitate tantum deponunt* My. *Reſpon.27.n. 8. decad.3. VVeſ.& Geil.d.locis, neq; reÿciuntur teſtes negativè deponentes, licet aliàs duobus affirmantibus, plus creditur quàm mille negantibus. VVeſ.& Geil.d.locis & n. cum ſeq. quia proniores eſſe debemus ad liberandum & abſolvendum, quâm ad condemnandum. l. Arrianus. ff. de actio. l. reſpuend. ff. de pœnis. l. favorabiliores. 125. & 41. de R. I. l. 4. §. 13. de doli except. l. 39. de re iudi. l. 47. de obligat. c. cum ſint partium iura. 1. de R. I. in 6. Vnde Bald. dixiſſe fertur, iuſtius peccare iudicem in abſolvendo, quàm condemnando. De iure Saxo. requirebantur olim 7. teſtes hodiè verò ſufficiunt duo aut tres. gl. 1. & ibi Apoſtilla arti. 78. lib. 3.* Landrecht *& arti. 14. lib. 2. ubi & habetur quomodo reus ſibi debeat præparare liberum aditum ad cauſam ſuam agendam, & ut poſſit tutò in iudicio abſque periculo ſtare, poſteaq; recedere, cum quo concordat conſti. criminal. Carol. V. arti. 156. & arti. 67. in text. & gl. Deinde quando veritas ex teſtium depoſitione non liquet. I. ad præſumtiones & coniecturas recurrendum, concedunt l. nummi. 75. de legat. 3. l. antiqui. ff. ſi par. hæred. petat. Franciſc. Duare. lib. 1. diſputatio anniverſa. c. 27. Iohan. Rober. Aurel. lib. 4. ſentent. iur. c. 1. quas conſiſtere putamus in loco, tempore, perſona, inimicitÿs praecedentibus, moribus ac alÿs vitæ actionibus &c. ſecundum ſapientis iudicis arbitrium. Ordi. Carol. V. iudi. crimi. arti. 143. ibi* ſo einer jemanden entleibet / das es niemand geſehen hatt. *Geil. ſæp. d. lo. Hippoly. in l. unius. §. cogniturum. n. 51. ff. de quæſti. idem in ſingula. 19. circa fi. Gravet. conſil. 119. Maſcard. de probati. vol. 1. conſil. 490. n. 1. & 2. VVeſ. d. conſil. n. 61. cum ſeq.* b) *facta enim non præſumuntur niſi probentur. l. quæcunq;. §. interdum. ff. de publi. in rem acti. Ideoq; ſi quis ad ſui defenſionem aliquem interfe-*

*tiſſe autumat probare id tenetur.* P. H. O. *Carol.V.arti.*
*141.ibi*, Wer ſich aber nach erfindung der that. *quod ſi nõ*
*facit nonnulli pœna homicidij puniendũ eum exiſtimant.*
*l.1.C. ad l.Corn.de ſic.c.1.de præſumpt.l.ſi non convicij de*
*iniur.alij id negant cum nemo niſi confeſſus aut plenè con-*
*victus in caſu capitali ſit condemnandus.l.qui ſententiam*
*C.de pœnis, quibus tamen cum Fachi.lib.1.controv.iur.c.*
*27.non ſimpliciter ſubſcribimus, ſed conſiderandum eſſe*
*putamus, an reus fuerit vir probus & antea ſecundum iu-*
*ris pracepta vixerit, occiſus verò homo improbus & ri-*
*xarum amator, ac tum primum poſteriorem ſententiam*
*approbamus, priorem autem in caſu contrario: Licet ſe-*
*cundum conſti. Auguſti. Elect. Saxoni.p.4.art.8.res aliter*
*ſe habeat, nimirum quod talis tortura ſit ſubijciendus aut*
*ſi habeat pro ſe coniecturas aut præſumptiones iuris ali-*
*quas extraordinariè puniendus vel perpetua relegatione,*
*vel carcere, vel manus amputatione, vel aliqua pœna pe-*
*cuniaria.* c) *d.l.ſcientiam & §.4.l.2.C.ad l.Cornel.de*
*ſicar pri.in tit.de pace tenenda. 27.v.ſi quis hominem in*
*vſib.feud.lib.2.l.1.C.unde vi. Bald.in l.1.C de confeſſ.col.*
*13.ver.item tu aſſeſſor. Rom.ſingul.28. Fel.in c.ſignifica-*
*ſti col.5.de homicid. Fach.d.lib.c.30.Vaſq.controv.iur.c.*
*18.n.6. Geil.d.c.de pac.pub.n.3.& 4.* d) *Bocer.d.*
*tracta.& lib.2.c.9.circa fi. ubi ad id allegat arti.142.in*
*pr.Caroli V.Imper.* in der P. H. O. *VVeſ.d.conſil.16.Lau-*
*rent.Kircho.n.7.& 9.pri.parte & n.14.ac 15.poſto.parte*
*conſilij 26.to.3.conſiliorum vari. Acade.& I.C. Decius l.*
*3.n.17.& ibi Iaſ.n.3.de Iuſti.& Iur.*

10. Nec exiguam difficultatem hæc dubia habere
videntur, utrum ex præſumptionibus etiam quis in
criminalibus damnari poſſit? num is ſit audiendus
qui prima fronte homicidium negat, & convictus
tandem

tandem adfert ſe ad ſui defenſionem factum perpetraſſe? Deniquè quando non conſtat de maleficio commiſſo, an confeſſus ſit condemnandus? In quibus quantum ad primum ſtatuimus reum talem neq; ordinaria pœna, neq; extraordinaria puniendum, multò minus abſolvendum, ſed torturæ ſubijciendum eſſe, niſi conditio perſonæ vel cauſæ impedimento fuerit *a)* in ſecundo affirmativæ *b,)* & in ultimo negativæ *c)* ſententiæ ſubſcribimus.

a) *l.miles.§.oportet.C.de quæſt.l.unius §.reus.ff.eo. l.abſentem.ff.de pœnis. Aliter ſentit Franciſc.Sarmi.lib. 1.ſelectar.interpre.c.1. Menoch.de præſumptio.lib.1.q. 97.n.19.& ſeq.* b) *l.nemo & ibi Decius n.1.de R.I.c. nullus.20.& ibi Pecki.n.2.eod.tit.in 6. Menoch.lib.2. de arbi.iudi.centur.1.c.93.n.37. Geil.de pac.pub.lib.1.c. 17.n.10.& 18.niſi id ab eo factum fuerit doloſè ad ſupplicium protrahendum & eludendum. Maſcard.de probatio.concluſ.867.n.6. Diſſ.Gandi. in tract.maleſi.in Rubri.de defenſi.à reo faciend.n.13.* c) *l.1.§.divus.ff. de quæſti.l.1.§.item illud.ff.ad SC.Silani.l.inde Neratius. § ult.ff.ad L. Aquili.l.4.ff.de confeſſi.*

11. His adijciemus & illud, an omnes ſint puniendi vel abſolvendi quando plures ſimul occiderint, nec conſtet cuius vulnere occiſus interierit? in quo dubio cum variæ ſint Dd. opiniones *a)* ita diſtinguendum putamus, aut omnes ſimul animo deliberato acceſſerunt ad facinus perpetrandum, & meritò omnes puniuntur, quia animus & effectus conſumatus ſimul concurrunt; *b)* aut quando id non conſtat ex aliquo contractu conſiderandum an omnes percuſſerint, an non, quod deprehenditur, quando interfectus non multa habet vulnera ſed tantum unum,

 hoc

hoc caſu non omnes ultimo ſupplicio afficiendos, ſed relegatione vel pœna pecuniaria aut alia *c*, in illo verò omnes teneri arbitramur *d*) aut conſtat de authore rixæ, & tunc is erit puniendus, aut ſi inter illos invenitur homo malæ famæ & conditionis, torquendus, ad veritatem indagandam *e*.)

a) *nonnulli enim omnes teneri volunt per l. item Mela. §. ſi plures & l. ita vulneratus ad l. Aquili. Alij, contra omnes non teneri affirmant, ſed tantum pœna pecuniaria ad intereſſe, vel damni æſtimationem, aut relegatione, vel alia ſimili pœna eos afficiendos cenſent, quod probant per l. abſentem de pœn. l. ſemper. l. factum cuiq. de R. I. l. Arrianus. de act. & obligat. c. in pœnis. de R. I. in 6.* b) *l. 1. §. divus. ff. de ſicar. l. is qui cum telo. C. eod. gl. Bart. Angel. & Marſil. in l. ſi. de ſicar. Gandi. in tracta. maleficio in verbo homicid. col. 3. v. pone quaſtionem, & Marſil. in ſuo ſingulari. n. 117. in ſi.* c) *d. l. ſemper & d. l. factum cuiq. de R. I. l. ſi. de ſicar. Specul. in tit. de homicid §. 1. vers. pone quod quatuor homi. Gandi. d. lo. Sali. in l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iuli. de vi pub. Anchora. conſil. 227. Roma. conſil. 401. Alex. conſil. 15. n. 2 cum ſeq. lib. 1. & conſil. 2. col. 1. lib. 7. quam ſententiam commn. affirmant Cagnolus in l. favorabiliores. de R. I. Chaſſane. conſil. 18. Boſsius de homicid. n. 26.* d) *l. nihil intereſt. 15. ff. de ſicari. l. ita vulneratus. 51. in pr. & §. 2. ff. ad l. Aqui. d. l. item Mela. §. 2. eod. tit. l 14. C. de pœn.* e) *Sali. in l. ſi. quaſt. ult. vers. quæro an ſufficiat. ff. de quaſtio. Decius in l favorabiliores. in ſi. ff. de R. I. quam ſententiam quoq. confirmat Conſt. Auguſti Electo. Sax. p. 4. art. 7.*

12. Finis eſt non ultio *a*) ſed ut quis ſe à periculo vitæ liberet *b*,) licet offenſionis reſpectu, defenſio ultionem ſecum trahat *c*) Effectus quod in nullo

peccaſſe

peccaſſe videatur defenſor *d,)* & pro innocente habeatur *e.)*

a) *ſapè d.l.ſcientiam.45.§.penult.ff.ad l.Aqui.* b) *d l.3.de Iuſti.& Iur.l.furem.9.ff.de ſicar. vers.ſi quis hominem intra pacis edictum vulneraverit, ibi vitam ſuam defendendo tit.27.de pace tenenda in vſib.feud.lib.2.l. itaq; ſi ſervum tuum.4.l.etſi quemcunq;.5.ff.ad l.Aquil.* c) *l.1.C.quand.lic.unicuiq;.ſin.iud.ſe vindi.l.ſed & Paulus.12.§.1.ff.quod metus ca.l.3.ff.de Episcop.audi.* d) *l.3. ubi Hippol.in fi.ff.ad l.Cornel.de ſicar.* e) *Hippol.in prac. §.oportuit n.27.VVeſ.in paratit.n.8.C.quand.lic.unicui. quare & extra pœnam eſt.c.ſecundo.x̃.de homici.volunt. & cauſ.cle.1.eod.l.3.C.de ſic.Hippo.l.in lege.n.31.de ſica.*

13. Ad adiacentia cum VVeſ. præſtantiſſ. ICto. referimus, telum q͛d defenſionis animo geſtatur, *a)* & in continenti, ut & ſupra poſuimus, propulſationem fieri debere *b,)* Ad affinia exceſſum moderaminis inculpatæ tutelæ *c.)* contraria offenſionem *d)* iniuſtitiam *e)* & dolum *f.)*

a) *l.penulti.§.ult.ff.de vi.publ.* b) *l.1.& 3.ff.de vi arma.* c) *Sali.l.4.n.3.C.de adult.Iaſ.d.l.3.n.11.de Iuſt. & Iur.& l.1.n.18.de LL.* d) *l.1.& 2.C.quand.lic. uniq.ſin.ind.ſe vindi. Aequitati itaq; conſentaneam eſſe putamus, eorum ſententiam, qui exiſtimant furem, vel alium rerum noſtrarum invaſorem capiendum potius, & in iudicium trahendum, quàm interficiendum, niſi ſe telo forſitan defenderet.l.furem nocturnum 9. ff.ad l.Cornel. de ſicar.l.54.§.1.ff.de furtis.l.4.ad L. Aquil.l.7.ff.quod met.cauſ.Fab.ad l.in minorib.90.n.4.de R.I.Zoan.d.lo. p.1.n.43.& p.2.n.5.& ſeq. Sext.Cæli ap.Gelli.20.noctu. atti.Obrech.d.lo.theſ.143. aliter Cuia.11.obſ.27.& 14. obſ.15.& 19.obſ.12.& ad l.7.ff.quod met.cauſ.* e) *l.3. & ibi Salic.ff.de his qui ad Eccleſ.* f) *l.1.in fi.ff ad SC. Silan.*

14. Tandem defenſio erga magiſtratum locum non habet *a*,) niſi quando modum iurisdictionis excedit *b*,) dum enim privatæ perſonæ æquiparatur, *c*) An autem fugientem aggreſſorem proſequi quandoq; liceat? *d*) affirmamus.

a) *quia vim non facit. l.iniuriarum.13.§.ſi quis quod decreto.2.§.idem Labeo.3.v.ergo.ſi quis ff.de iniur. l.non videtur.167.l.nõ poteſt.199.de R.I. l.adactos. C.de Epiſcopal.audi.l.ſi quis quaſi.24.ff.ad SC.Sila.c.quod quis mãdato.24.de R.I.in 6.* b) *l.lege iulia.7.ff.ad l.Iul. de vi pub.l.duumvirum.53.C.de decuri.l.factum à iudice.170. de R.I.l.ult.de offic.præf.vrb.l extra territoriũ.20.ſi idem cum eod.11. ff.de iuriſd. omni.iud. l.1.C.ſi non compent. conſentit Abb.in c.ſi quando extr.de offic.iudi.deleg.Zoa. ſæpè d.lo.p.3.n.43.* c) *l.nec magiſtratibus.l.item apud Labeonem.§.ſi quis.ff.de iniur. l.qui fundum.§.ſi tutor.ff. pro empto.l prohibitum.C. de iur.fiſci.* d) *licet propulſatio propriè pertineat ad offenſionem tantum, unde & provocatus fugientem autorem rixarum interficiens, non poteſt dicere, quod ſe legitimè defenderit, quoniam ubi nulla amplius eſt offenſio, ibi & defenſio ceſſat.l.4.5.45.§.4.l.7.ff.ad L.Aquili. Barth.in l.1.n.10.& ibid.Bald.n.28.C.unde vi. VVeſ.d.conſil.n.60. Maſcard.de probat. vol.1.conſil.489.n.13.cum ſeq.tamen hanc neceſſariam defenſionem locum quoq; habere putamus, in ijs aggreſſoribus qui fugiunt, & metum invaſionis in redeundo relinquunt, quod fit in publico latrone, fure nocturno, depopulatore agrorum, militiæ deſertore.l.1.& 2.C.quand.lic. ſine iud.ſe vind.proditore patriæ.l.minimè.35.ff.de religioſis, in adultero quem maritus deprehendit domi ſuæ cum uxore.l.marito.24.ff.ad L.Iul.de adulter. aut pater cum filia, qui licitè ipſum & filiam interficere poteſt.l.quod ait*

*lex*

*lex.23.cum præced. ff. de adulte. nec eo caſu pater fugere tenetur licet poßit, cum etiam vitæ ſuæ periculo pudicitiam ſalvam filiæ ſervare debeat.l.iſti quidem 8. §.penulti. & ulti.ff.quod met.cauſ.*

15. Concluſionis loco & illam adijcimus quæſtionem an defenſio ad provocantem quoq; ſpectet quando in eodem conflictu in vitæ diſcrimen incidit? quod non putamus.

*Tùm quod iura non præſumant eum in diſcrimine vitæ fuiſſe qui ſua culpa ſe vitæ periculo expoſuit.l.item Mela ſcribit.11.ff.ad l. Aquili.l nemo damnum.151. de R.I. tùm etiam quod in delictis principium & non finis aut exitus ſpectetur.l.ſi ex plagis.52.§.tabernarius.ff.ad l. Aqu. l.D. Marcus.14.de offic.præſid.l.1.in pr.de pœn.l.iniuriarum æſtimatio.21.ff.de iniur.l.ult.§.5.C.de curat.furi. & aliàs vulgata theorica ſit, eum non poſſe uti legis auxilio, qui eam ſpernit.l.auxilium.in fi.ff.de minor. Auth.navigia.C.de furt.Petr.de Anchor.c.1.col.1.de reſ.lib.6.ac iura præſumant aggreſſorem habuiſſe occidendi animum, l.1.§.divus.l.is qui cum telo 7.C.ad L.Cornel.de ſica. Geil.2.obſ.110.n.10.VVeſ.d.conſil.19.n.57.ver.terio moderamen conſiſtit. Iacob.Novel.in d.tracta.ad defenſam in pr.n.15.cum trib.ſeq.ac n.60.*

## COROLLARIA.

1.

NOn ſtatim reus abſolvendus probata exceptione quam intendit,ſed ulterius actor audiendus eſt,ſi replicationis remedio uti voluerit, in hac defenſionum materia. Carol.V.in der P.H.O. *articu. 142.143.& 150.*

2. Rectè quoq; à nonnullis exiſtimari putamus, in dubio ſuperſtitem pro aggreſſore habendum cum-

què

què legitima defenſione non probata, ultimo ſupplicio afficiendum. *l.1.C.ad l.Cornel.de ſicar. Menoch.5. præſumpt.39. Gomez.to.3.var.reſolu.c.3.n.17.& 25. P.H.O.art.141.aliter Peck.c.ſine culpa.18.n.9. in fi.de R.I.in 6.*

## *IMPERTINENTIA.*

*I.*

ATtentata quo ad cauſam efficientem ſpectant ad ius naturale, quo ad formam verò ad ius civile. *Lancel.in præfatione attenta n.45. cum ſeq.*

2. Si quis vitiatam ab alio ignoranter duxit, recognita eam non retinere tenetur, nec in cœlibatu vivere. *l.ex empto.§.ſi quis virginem de act.empt.& ven. Beuſt.in tract.de Matr.c.34. Beza in lib.de repud. Hermenopolus in ſuo promptuario lib.4.tit.12. Diſſ.Canoniſtæ.*

3. Contra quoſdam exercitij gratia defendere ſtudebimus, eorum ſententiam, qui ſtatuunt in mutuo mutationem monetæ & augmentum ac ita commodum & incommodum ſpectare ad debitorem ſive in mora ſolutionis fuerit, ſive non. *l.4.de contr. empt.l.nummus de in litem iurand.l.1.de condict.tritica. l.quæ extrinſecus de V.O.l.cum quid.ff.ſi cert.petat.c.olim de cenſib.Barth.in l.1.de aur.& arg.& in l.Paul.ff.de ſolutio.Soci.ſeni.conſil.6.lib.1. Menoch.conſil.49.n.19.lib.1.Covar.de collat.ve.nummi.§.uni.n.3.ver.cæterum Donel.in l.3.de reb.cred. My.cent.4.obſ.1.dicit in Camera ita pronunciari.VVeſ.n.12.in para.de reb.cred. dicit uſu obſervari, huic ſententiæ adſtipulatur quoq; Conſt.Electo. p.2.arti.28. Diſſ.Geil.2.obſ.73.n.9. Menoch.d.conſil.n.45.Boër.deciſ.327.n.4.7.& 9. Coraſ.lib.miſcella.c.53. n.5.*

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214684-p0026-7

Jena, Diss., 1579-1600

ULB Halle 3
003 609 308

Sb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214684-p0027-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214684-p0028-8

# THEMATA
## De
# NECESSARIA
ET IN QVOTIDIANO VSV FREQVENTISSIMA DEFENSIONIS PRIVATÆ ET EXTRAIVDICIALIS MATERIA, TAM EX IVRE CIVILI, CANON SAX. Ordin. Camer. Imperial. & Conſtitutionibus Carolinis in ordinatione judi. criminal. quàm optimis Iureconſultorum opinionib. collecta

QVAE

D. T. O. M. I.

Sub præſidio

*Clariſſi. & conſultiſſi. viri*

D. LEOPOLDI HAKELMANNI I. V. D. & P. P.

*Exercitij gratia publicè hora & loco conſuetis, pro ingenij viribus defendere conabitur 6. Calend. Iunij.*

M. IOHANNES COLERVS Sileſius.

*L. 8. ff. de iudic.*

Placuit in omnibus rebus præcipuam eſſe iuſtitiæ æquitatiſq;, quàm ſtricti iuris rationem.

IENÆ

TYPIS TOBIÆ STEINMANNI

ANNO cIↄ. Iↄ. XCVI.

1525. 1596 M 27

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214684-p0029-7